



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Georgivs M. 23. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

April. VITÆ S A N C T O R V M . 203

citatis in cælum desideriis rapiebatur. ut auditio vel à pueris per plateas Paradisi nomine, rerum omnium seusu destitueretur. Septem in eo eminebant virtutes, credendi constantia, pietas erga Deum, reverentia, commiseratio, cura officiū, obedientia, grata beneficij memoria. Quinquaginta duobus annis in sacrâ militiâ meruit. Post mortem magnum luentium agmen è lustralibus flammis in cælum evexit. Obiit Perusij anno M. CC. LXXXIII. Ex Surio,

*Si invenis aliquid melius, quām uidere faciem  
Dei, illuc te prepara: Va tali amori tuo, si vel  
suspicaris aliquid pulchrius quām est ille, à quo est  
omne pulchrum, quod re teneat, ne illum cogitare  
merearis. S. August. in psal. 43.*

S. G E O R G I V S M. 23. Aprilis.

**A**nno post natum Servatorem XC. supra CC. GEORGIVS fortissimus CHRISTI miles & ob virtutem inter Tribunos adlectus, tum Comitis etiam titulo à Diocletiano ornatus, cum hujus nihilominus efferam in Christianos tyrannidem propalam damnasset, in vincula & ipse tractus, sanguinem primò ingens pectori injectum supinus fortius, quām cælum Hercules tulit; ad machinam deinde mucronibus omni ex parte armatam, ut antè ad gladios in acie, risit. Hinc calce tres dies sepultus, cum illustrior surrexisset, ferreos & ab igne candentes calceos indutus, nempe ad Olympicam coronam cucurrit. Cæsus iterum immaniter, ac alapis contusus, in ruborem languoremque ipsos carnifices dedit, & testem fidei suæ mortuum ètumulo produxit. Tandem post tot e gregiè pugnatas pugnas coronatum pridie in carcereab

i plo.

ipsomet Imperatore CHRISTO, caput iterum coronandum securi subdidit ; scūm prius ad ejus imperium corruissent omnia Numinum simulachra, & cacodæmones se esse , non Deos , ultrò edixissent, verissimo omnium , quod unquam dederunt, oraculo. Ex Metaphr.

Deus ipse omnium rector ac Dominus cum omni Angelorum militiā certamen tuum expectat, tibiq; contra Diabolum dimicanti parat aeternitatis coronam. S. Amb. in Epist.

## S. BONA VIRGO. 24. Aprilis.

**A** Ge virgo animo, hæ tibi leges feruntur. Læto pudico cubato. Vestis cilicum esto. Ut latrones domesticos effugias, pudorem peregrè ad Divum tempa circumferto. Nempe duras, & verè æreas leges fixisti. Quid vis dicam? Tu non potes quod isti & istæ addo quod virgincula BONA potuit , cui vix septenni has leges ipse summus Legislator Christus tulit , annuente & probante virgine animo. quid & quod ultrò non lecto, sed stramine iuvolvit pudorem , si non tam molliter, certè securius dormiturum & quod non semel, sed decies ex Italiâ ad S. Iacobi sepulchrum in Galiciam abiit & quod tres omnibus septimanis dies non nisi pane & aquâ traduxit, & reliquis, quibus opiparè vixit, leguminibus vixit, etiam tunc, cùm ab Hierosolymitano itinere & longâ Saracenorūm captivitate redux continuâ febri laboravit. Superi ! quis nostrum ægro corpusculo facit tam ægræ ? Nimirum Virgo facit , ut periclitanti pudicitæ medicinam faciat. Et arrisit his studiis Christus ipse , qui Ierosolymæ ad sepulchrum suum regantis Bonæ capititer manum suam imposuit, &

post